



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 33. Leonis Mors. Zeno Imperator.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sæculum V. rat, mors beata abstulit. Is Sancto viro  
 A.C. 474. ultra annos quinquaginta famulatus, ejus-  
 dem semper imitator perfectus extitit.

## §. XXXIII.

*Leonis mors. Zeno Imperator.*

*Chr. Marcel.* Leo Imperator, postquam annis sedecim  
*Evagr. II.* regnasset, fatis functus est Constanti-  
*hist. c. 17.* nopoli mense Januar. anni sequentis 474.  
*Theod. Lect.* sub Consulatu Leonis, Nepotis sui, ex Fi-  
*p. 555.* lia sua Ariana, & Zenone geniti. Zeno  
*Chr. Pasch.* mense Februario per Edictum Filii sui  
*Evagr. II.* Leonis, vix Triennis, qui sequenti mense  
*hist. c. 1.* Novembri mortuus est, Imperatorem se  
 proclamari iussit. Itaque solus Imperio  
 potitus, cum jam nullum præter se vide-  
 ret Dominum, totum se, quantus erat,  
 vitiis immerisit. Nihil ipsius opinione  
 contra leges actum, nihil, cujus pudere  
 deberet, recenseri poterat, sed persuasissimum  
 sibi habere videbatur, abjecti esse  
 animi, flagitia occulte perpetrare, econ-  
 tra ex Imperatoris Dignitate fieri, si scien-  
 tibus omnibus peccaret. Ipso Genio in-  
 dulgente, Imperium ejus Barbari vastabant.  
 Ab Oriente Saraceni, seu Arabes  
 Scenitæ, ab Occidente Hunni, superato,  
 nemine prohibente, Danubio, Thraciam  
 depopulantes, ingruiebant. Zeno Hun-  
 nis longe atrocior, raptis, quæ hostes re-  
 liquerant, populis suis ultimam inferebat  
 perniciem. Hinc est, quod Tyranno diu  
 pace

6. 2.



pace frui non licuerit, sed jam anno se-  
 quente 475. quo solus Consulatam gere-  
 bat, cum inter ipsum, & Socrum ejus Ve-  
 rinam, Leonis Imperatoris Viduam, fu-  
 issent exorta jurgia, timens ne ea juben-  
 te necaretur, ut furorē faminae effuge-  
 ret, in Isauriam, Patriam suam, sequente  
 Ariana Coniuge, discessit. Tum Basilis-  
 cus, Imperatricis Verinae Frater, se cum  
 filio suo Marco Imperatorem proclamari  
 iussit, & annis ferme duobus regnavit.  
 Nihilo melior erat Zenone, eumque Ze-  
 nodia in Eutylianorum partes pertra-  
 xit.

Sæculum V.  
 A.C. 475.  
 Evagr. III.  
 c. 3. Chr.  
 Marcel. Chr.  
 Pasch.

§. XXXIV.

*Imperii Occidentalis occasus.*

Pejor erat Imperii Occidentis Status. Evagr. II.  
 Anthemius cum regnasset ferme an-  
 nos quinque, Romæ undecima Julii, Fe-  
 sto, & Marciano Consulibus, id est, an. 472.  
 occisus est, facinus mandante Ricime-  
 ro, Genero suo, qui sequente decima octa-  
 va Aug. ex morbo extinctus est. Anicius  
 Olybrius, qui Constantinopoli Placidiam  
 Valentiniani III. filiam, Coniugem acce-  
 perat, Imperator Occidentis salutatus,  
 23. Octobr. e vivis abiit. Cum Solium  
 quatuor Mensibus vacasset, Glycerius  
 Ravennæ quinta Martii, anno 473. Impe-  
 ratoris Insignia, & Titulum assumpsit;  
 sed ecce! post menses quindecim depo-  
 situs,

Evagr. II.  
 hist. cap. 16.  
 Chr. Cassiod.  
 Jornand. p.  
 477.  
 Marcel. Chr.  
 Anon. Cusp.

Glycerius  
 Imperator.